Juſtinianus

**Fratris Jacobi Philippi Bergomenſis ordinis fratrum Eremitarum diui Auguſtini in omnimoda hiſtoria nouiſſime congeſta Chronicarum ſupplementum appellata liber decimus feliciter incipit.**

Papa σ3º

5763 564

**IOannes tertius papa natione ro**manus: patre Anaſtaſio illuſtri viro natus: poſt Pelagium ſedit annis ferme .ij. Vir quidem prudētiſſimus mitiſqꝫ: cuius tempore Armeni Chriſti fidem publice ſuſceperūt: licet multa rerum perturbatione. Hic Narſetem Eunuchum indigna a romanis paſſum Romaꝫ reduxit ⁊ conſulatū ei impetrauit. Poſtmoduꝫ ad fabricas ↄuerſus multa ſanctoꝝ cemiteria in vrbe reſtituit: ⁊ apoſtolorum Philippi ⁊ Jacobi eccleſiam a Vigilio inchoatam perfecit. Eius autem pontificatus anno octauo ignee acies per Jtaliam in celo ſanguinem emanantes viſe ſunt: ⁊ in Lyguria mira quedaꝫ ſignacula (teſte Gregorio) apparuere ſcilicet per domos: hoſtia: vaſa: ⁊ veſtimenta: que ſi quis abſtergere tentaſſet: eo magis multiplicabantur. In immenſum etiam ita Tyberis excreuit: vt ſua inundatione populo ro. magnas detulerit calamitates. Jd quoqꝫ multis in vrbibus ↄtigiſſe dicitur. Que quidem prodigia cladem mox Jtaliam paſſuram protendebant: quod breui poſt euenit. Deniqꝫ Joannes hic cum perturbationum plenus eſſet etate grandeuus .ijº. pontificatus ſui anno vita deceſſit: ⁊ in beati Petri baſilica ſepultus fuit: ⁊ tunc ſedes vacauit menſes decem.

Viri doctrinis excellentes.

Leander hiſpalenſis epiſcopus vir plane ſanctꝰ ⁊ doctrina: eloquentiaqꝫ precipuus cui beatus Gregorius adhuc monachus Moralium libros conſcripſit his temporibus floruit. Huius predicatione ⁊ induſtria tota Veſegothorum gens per Recaredum eorum regem ab Arriana impietate cōuerſa ē. Quamobrem ⁊ multa ad noſtri dogmatis confirmationem: ⁊ ipſius Arriane confutationem compoſuit. Nam ⁊ eandem peſtem Vandali illo ex Aphrica detulerant. Leandri autem vita cū multis ſigni ⁊ miraculis claruerit inter ſanctos relatus ē. Eiuſqꝫ feſtum tertio kalēdas Martij celebratur.

Joannes elemoſynarius Alexandrine vrbis epiſcopus per hoc tempus orientalē eccleſiam hereſibus quaſſatam: quoad fieri potuit: in fide continuit: videlicet legēdo: diſputando: ſcribendo: monendo: docendo: ⁊ ſigna magna: necnon ⁊ elemoſynas faciendo: ac alia pietatis opera faciendo.

Columbanum abbatem virum ſanctitate inſignem: per hec tempora ī Hybernia claruiſſe tradunt: vbi multis conſtructis monaſterijs poſtea ī Burgundiā proficiſcēs: ac monaſterium ibi ↄſtituens luxouienſe in gentem magnam creuit. Deniqꝫ cum in Jtaliam veniſſet monachorum agmina coadunauit. Sunt qui dicunt eum Jtaliaꝫ anno ſalutis noſtre .σ20. veniſſe ⁊ apud Bobiū ciſalpine gallie vrbē moneſteriū celeberrimum Theodolinde longobardorum regine impenſa edificaſſe: atqꝫ ibidem domino quieuiſſe: cuius feſtum tertio kalendas Nouembris celebramus.

Leonardus ſubdyaconus eremita quideꝫ ſanctus natione Gallus ex ciuitate Cenomanorum oriundus per id tempus multos agones ⁊ vincula ⁊ carceres pro Chriſti nomine pertulit: ⁊ reges Francie: populoſqꝫ in officio continuit. Eo ꝙ in in ipſo maxima religio pietaſqꝫ ac gratia reluceret.

Juſtinus iunior

5763 564

**IUſtinus** iunior decimuſoctauus Conſtantinopolitanꝰ imperator poſt Juſtinianum imperauit annis .ii. vir equidem Juſtiniano diſſimilis: auarꝰ: improbus: rapax: deorum hominumqꝫ contemptor: qui cum totis conatibꝰ cupiditati ⁊ auaritie inhiaret: adeo merito percuſſus in inſaniam conuerſus eſt. Quamobrem eius vxor Sophia imperium vſqꝫ ad Tyberij ſecundi tempora gubernauit: cuius imprudentiam regnum italicum a Conſtantinopolitano iugo ꝑ longobardos ablatum ē. Cum autem Juſtinus Tyberium in filium adoptaſſet: eūqꝫ Auguſtum appellaſſet: ſtatim amens effectus dolore pedum vitam finiuit. Ferunt hunc vrbem in Hiſtria regione ↄdidiſſe: ⁊ ex ſuo nomine Juſtinopolim appellaſſe

Juſtinus iunior

quam in loco munitiſſimo propter barbarorum incurſiones conſtituit | vt populi ab
eis agitati tuti eſſe poſſent.

Peſtis horrendiſſima per hoc tēpus in vniuerſo orbe fuit: q̄ miſerabili ſtrage italicos
populos | ⁊ p̄cipue lygures pſtrauit. Quapropter (vt Paul⁹ lōgobardoꝝ hiſtoricus
narrat) hoīes terrore ɔcuſſi veluti amētes domos deſerētes p̄ nemora queq; fugere
vnde factū ē (vt idē ad v̄bū refert) vt nullus paſtor ī vineis | nullus ī agris cultor aut
meſſor inueniret̄. Nocturniſ. n. horis ⁊ diurnis viciſſim tuba pſonabat: ⁊ quaſi mur
mur gradiētis exercit⁹ audiebat̄: ſed nulla conuicantium apparebant veſtigia.

Longobardorum regni principium.

Lōbardia aūt regio noſtra a variis viciſſiꝫ poſſeſſa ab initio vſq; in p̄ſens | diuiſa ſorti
ta ē noīa. Et qdē p̄io dicta fuit Heſperia ab Heſpero Atlātis fratre. Qui pulſus a
fratre ab ea regione: q̄ nūc Hiſpania dr̄ | hāc regionē vbi nūc ē Lōbardia occupauit
eāq; a ſe Heſperiaꝫ noīauit | poſtea Enotria cognoīata fuit: ſiue ab optimo vino: qḋ
ibi naſcit̄: ſiue vt docet Plinius. 3° naturalis hiſtorie li°. ab Enotrio Sabinoꝝ rege ī
ea regnāte: Deinde Italie nomē aſſumpſit ab Italo Siculoꝝ rege. Qui (vt ait Ser
uius) venit ad eā p̄tē in q̄ regnauit Turn⁹: eāq; a ſuo noīe Italia noīauit. Qḋ Vir.
li°. p°. enei. ɔfirmare videt̄. Poſt hec v̄o Magna grecia dicta fuit. Inde quoq; ab al
pib⁹ vſq; Romā ciſalpinā galliā nōnulli dixere. Ipamq; ciſalpinā galliā (vt iā ſemel
dictū ē) qdam in ſex diuiſere p̄uincias: quarum prima Cenomanēſis dicta ē: in qua
poſuerunt Bergomū: Brixiam: Cremonā: ⁊ Mantuam. Secūda Senonēſis que
continet Veronam: Vicentiam: Taruiſiū: Rauenā: Forliuium. Ariminū: vſq; Se
nogalliam ac Senas: aliaſq; ciuitates: ⁊ ibi Senogallēſes fuere | de qbus ſcribit Li-
uius: q̄ multa cū romanis cōmiſere certamina. Tertia dicta ē Boioꝝ gallia a gallis
bois | de orientali francia egreſſis: q ex ſuo nomine ciuitatem condidere | eam Boilū
nuncupantes. Hec inter Padum ⁊ Trebiam fuit. Quarta lygurū Gallia dicta fuit:
que continet Thaurinum: Secutiam: Sabatioꝝ montes: Auguſtam: Eporediam
ac montem regalē. Quinta inſubriū gallia fuit: in qua ſunt Mediolanum: Comum
Ticinium: Lauda: Nouaria ⁊ Vercelle. Sexta deniq; dicta fuit gallia Genuenſis
ab ipſe Genua vrbe | continetq; Derthonam: Alexandciā vrbem Aquenſem: Aſtē-
ſem: Sauonenſem: Nolēſem ⁊ Albiganēſem. Verū nos vt ex Lombardica Chro
nica collegimus. Italiam omnem | quam exteri Lombardiam appellant in quinde-
cim regiones ſubdiuiſam inuenimus. Quarum prima ē Venetia: cuius capita ſunt
Bergomum ⁊ Aquileia. Altera Lyguria: cuius caput ē Mediolanum. Tertia re-
gio ē Rethia ſiue Pedemontium prouincia: ⁊ hec duplex | cuius caput ē Thaurinuꝫ
Alia vero Agreſtis: quam agreſtes ſiue Montani incolunt. Item Alpiſcotia alia ē
p̄uincia | vbi Genua maritima ciuitas ē | ⁊ relique vrbes. Eſt preterea Thuſcia re-
gio in qua Roma collocatur. Sexta campania ē Neapolis. Et octaua Luchania in
qua ponit̄ piſtorium. Et Apennina in qua ē Bobium. Et decima Emilia in qua de
ſcribit̄ Bononia vſq; Placentiā incluſiue ⁊ Flaminia ī qua Rauena. Et Picenū vr
bē Aſculū ⁊ Adria | ⁊ ēt Samiū ī qua ē Beneuētū. Ac demū Apulia in qua ponitur
Brūduſiū. His regionib⁹ ter quaterq; ac pluries noīa immutata ſunt. Blōdus autē
noſter Forliuiēſis vir certe digniſſimus in Italia illuſtrata | omnē Italiam preter in
ſulas in quattuor ⁊ decem regiones ſubdiuidit ⁊ deſcribit: illarūq; notiora nomina
etatis noſtre ſequēs aliis noībus explicat | ⁊ ſuos terminos cuilibet regioni imponit
⁊ primo a Lyguria inchoādo dicit ipſaꝫ alios aliquādo habuiſſe terminos. Sꝫ nūc
a Varo flumine vſq; ad Machre amnis eius terminum imponit. Et hinc apēnino
mōte: indeq; infero mari eam claudit. In hac regione ſunt Genua: Sauona: Nau-
lū ⁊ Albigena ciuitates atq; Monichum caſtrū. Ethruriā aūt ſecundam dicit eſſe
regionē: eiuſq; confines a Machra vſq; ad Tyberim amnē collocat: qui inter ſe cē
tum ⁊ ſeptuagintaquattuor milib⁹ diſtare dicunt̄. Et ab Apenino mōte vſq; ad ma
re inferum: videlicet eius maris pars que a dictoꝝ Amniū oſtiis longitudine: ⁊ ad
Sardiniā vſq; latitudine ipſaꝫ terminat. In ea ſunt Peruſia: Sene: Piſe: Luca: Pi
ſtoriū ⁊ Florentia. Tertiam regioneꝫ Latinam facit: ⁊ hanc Campaniā maritimā
aliquando fuiſſe oſtendit: cuius fines a regione maritima incipiens dicit ab oſtiis

Lyguria

Ethruria

Latina

Juſtinus iunior
Tyberinis vſqꝫ ad Sitanum ſinum eſſe: in qua Simeſſa ciuitas maritima fuit: ⁊ in
mediterraneis ponit aborigenes Rutilos: Volſcos: Hernicos: ⁊ alios q̄ prox imūꝫ
Marſis incolūt Apeninū vſqꝫ ad veteris cāpanie terminos. In ea romanā vrbem
Oſtiam: Caietā. Viletrū: Anagnam ⁊ alias ciuitates collocat. Quartam regioneꝫ

Vmbria
Picenum

Spoletani ducatus Vmbriā appellat: in qua Tiphernū caſtellanā ciuitatē: Spole
tum: Aretiū: Nuceriā ⁊ Sabinoꝝ regionem ponit. Picenū autem ſiue Marchiaꝫ
Anconitanā ꝓ quinta regione collocat: que ⁊ aliquādo Marchia firma dicta fuit:
in qua ſunt Firmū Eſculum: Camerinū: Vrbinū: Recanata: Ancona: Senogalia

Apruciuꝫ

⁊ Piſaurū. Sextam vero Apruciū facit in qua ꝑcipue Troiam: Aquilā: Ortonam
Aquinū ⁊ montē Caſſinū ponit. Septimā item Cāpaniā dicit que a nōnullis Ter

Terra laboris
Apulia
Hiſtria

ra laboris vocari ſolet: i qua Neapolis ē: ⁊ Cume: Nola: Capuaqꝫ: Apuliā quoqꝫ
octauam regionē fuiſſe dicit: in qua montē Garganū: Barium: ⁊ Beneuentū conſti
tuit. Aliā deinde regionē ex Italia elicit ⁊ Hiſtriā appellat: in qua Juſtinopolim:
Polam dicit eē: ⁊ Stridonem oppidū ſancti Hieronymi patriaꝫ: quod hodie Sdri

Forū iuliū
Marchia taruiſina
Venetie

gna appellat̄. Decimā Forum iulium noiat: in qua Aquileia ⁊ Vtinū habenꝰ. Vn
decimā Marchiā Taruiſinam dicit: in qua Feltrū Taruiſium: Patauiū: Vicentiā
⁊ Veromaꝫ ponit. Duodecimā vero Venetias ꝓ vna regione nō immerito facit eo
ꝙ nō ſolū eius opes alijs regionibus eēnt equiperande ſꝫ etiā qꝛ multe vrbes ⁊ mul

Flaminea

ta Venetiarum oppida exciſa eam ꝯdidere vrbē. Romādiolam ſiue Flamineā pro
tertiadecima inſtituit: in qua Emiliā ꝯprehēdit: vbi Ariminū: Ceſenam: Forliuiū

Lūbardia

Fauentiā: Jmolam: Rauenā ⁊ Bononiam deſignat. Vltimā regionem Lūbardiā
facit: in qua innumerabiles ponit ciuitates: vꝫ Mutinā. Rhegium. Ferrariā. Mā
tuam. Parmā. Cremonā. Brixiam. Bergomū. Comū. Nouariā. Vercellas. Epo
rediam Thaurinum. Montē regalē. Aſt. Albam. Aquenſem. Caſſale. Alexādriaꝫ
Derdonā. Placentiā. Ticinū ⁊ Mediolanuꝫ collocat. Has aūt ꝓuincias ſiue regio
nes cū longobardi preter Romā inuaſiſſent ⁊ ſuos duces: ſuoſqꝫ prefectos vbiqꝫ po
ſuiſſent (Jtalie noie oblitterato) a ſe Lumbardiā appellauerūt. Verū apō Ticinū
ꝯſtituta regni ſede ibidem apō circūſtantes ciuitates id Lūbardia nomē ſolum in
ter Vercellas Tridentū. Veronā. Bononiā: liguſticorūqꝫ montes reſeruatuꝫ ē. Hi
quidem Lōgobardi omniū q̄ Jtaliā exteroꝝ occupauerant ſuperbiſſimū Jtalie no
mē euertere conati ſunt. Non ſolū regionū nomina: ſꝫ ⁊ leges nouas ꝯdentes mores
⁊ rictus romanoꝝ ac rerum vocabula adeo mutauerūt vt affirmare auſim ēt latini
tatem qua Romani ⁊ pleriqꝫ alij populi vtebant̄ eoſdē permutaſſe: ⁊ vulgarem lo
cutionem italicam nūc appellatā introduxiſſe. Quam tamen latinitatem celebrē an
tiquam Gotbi plurimum corrumpere.

Longobardi aūt vt Paulus liº. 5º. refert a lōgis bardis dicti ſunt: eo ꝙ capitis comaꝫ
a ceruice vſqꝫ ad occipitiū tondebant: ⁊ a facie vſqꝫ ad os comā demiſſaꝫ ⁊ diſcrimi
natā habebāt. Eorūqꝫ veſtimēta larga ⁊ lōga ⁊ ꝙmaxime linea qualia etiā angli ⁊
ſaxones habere ꝯſueuerāt ornati etiam erant latioribus inſtitis vario colore conte
xtis. At calcei vſqꝫ ad poplitē ſciſſi ⁊ corigiati. Calige a poplite pēdentes corigiarū
laqueolis hincinde ligate. Hi primū ab inſula Scaudania originē duxere ex qua ꝓ
fecti Aionē ⁊ Ibatonem duces habuerūt: qbus defunctis Agilmundus Aionis fi
lius rex creatꝰ ē: q̄ ⁊. 33. annis ſup eos regnauit. Cuius tēporibꝰ meretrix quedā vno
partu ſeptem edidit filios: quos cū in piſcinā enecandos ꝓieciſſet Agilmūdum regē
eo loci trāſire ꝯtigit: Videnſqꝫ rex paruulos exhorruit facinus: ⁊ admirans q̄dnā
hoc eſſet haſta quā manu geſtabat eos volutare cepit. Vnus vero ex eis cū ſtatim
iniecta manu haſtā ꝯprehendiſſet miſericordia motꝰ ē rex eūqꝫ futurū magnū ꝓnun
ciās e piſcina educādū abduxit. ⁊ qꝛ de piſcina (que eoꝝ lingua lama dr̄) extraxit euꝫ
Lamuſium noiauit. Qui cū adoleuiſſet ſtrenuus in oībus euaſit adoleſcēs. Cū aūt
Agilmūdus rex a Bulgaris interfectꝰ eēt: Lamuſius ſiue Lamuſio ſbrogatꝰ ē: ⁊ re
gnauit. 40. annis. Hic Bulgaros maximis afflixit cladibus. Quo mortuo tertio lo
co Lethei⁹ ei⁹ filius ſucceſſit: q̄ ēt. 40. annis regnauit ⁊ Hildoechim filiū ſucceſſorē
reliq̄t: quē ſecutus ē Godoechus: regnauitqꝫ annis. 12. ⁊ Rugilandā ꝓuinciā Danu
bio ꝯtiguam cepit: quo defuncto Daphon eius filius regnauit annis. 5. cui ſucceſſit

Juſtinus iunioꝛ

Titus filiꝰ ⁊ regnauit annis.x. Qui ꝓfligatis Erulis paulopoſt interfectꝰ ē: pꝰ hūc Vnachꝰ eius nepos regnauit annis.18. Cui ſucceſſit Valtharithis filius: ⁊ regnauit.7.annis: poſt quē Vnachus eius filius ſuſcepto regno ↄtra Gepidas bellū mouit: ac Sueuos vicit. Et hi.8.ex vna eadēqꝫ Lintigoꝛ familia nobili deſcēderunt. Vacone aūt ſine liberis moꝛtuo Vulatherius nouo loco longobardoꝛ regnū accepit. Poſt quē Adoynus decimus lōgobardoꝛ rex fuit/ q primus longobardos in Panoniā ex Rugilanda ꝓuincia duxit: vbi duobus ⁊ quadraginta annis habitauere lōgobardi. Alboynus deniqꝫ eius filius poſt patris interitū ad regendos longobardos vndecimo loco cunctoꝛum votis acceſſit: ⁊ regnauit tum in Panonia: tum ī Jtalia.3i.annis.

Alboynus itaqꝫ vndecimꝰ lōgobardoꝛ rex/ vir armis ⁊ animi virtute inſignis poſtq̄ Gumūdum Gepidarū regem occidiſſet/ ⁊ Gepidas vſqꝫ ad internitionē deleuiſſet/ ac Narſeti belloꝛ principi ↄtra Totillam auxilio fuiſſet: ipſūqꝫ interfeciſſet: cuius etiā virtute vniuerſa Gothoꝛ gens ex Jtalia pulſa fuerat: hoc anno q ē tertiuſdecimus imperij Juſtini rogatus a Narſete Eunucho/ relicta Panonia cū lōgobardis tam mulieribus ⁊ paruulis q̄ viris adiūctis ēt ſibi.xx. Saxonū milibus cū vxoribꝰ ac liberis: armentiſqꝫ ꝑ foꝛ Julij Jtaliā intrauit/ ⁊ occupato Foꝛo iulio Giſulphū nepotē pꝛefecit. Jndeqꝫ ꝓcedens totā Venetiam poſtea ſbegit. Cūqꝫ Taruiſium peruenifſet: ⁊ accole deditionē facere tardarent/ eam oīo diripere ↄſtituit. Quo audito Felix eius vrbis ep̄us vir ſanctus ſua prudētia viri barbariē deliniuit: ciueſqꝫ ꝑ deditionem ei recōciliauit. Poſtea etiam Verona Brixia. Bergomo. ac Como captis/ inſubriū ꝓuinciam ingreſſus ē: vbi Mediolanum vi cepit ac diripuit. Papiā vero triēnio obſeſſam/ in ſuā tandeꝫ redegit poteſtatem. Qua victoꝛia letus Alboynus Veronam ſtatim ſe ↄtulit: vbi regni ſedem iam ↄſtituerat. ibiqꝫ ſolenni cōuiuio exhilaratus/ Roſimundam vxoꝛem ſuā Gunimundi Gepidarum regis (iam interfecti) filiam ex Patera bibere cōpulit: que de Roſimūde patris capite facta fuerat. nā Alboynꝰ ipſe cū Gunimūdā Gepidarum regem interfeciſſet/ ex eiꝰ capite Scutellam auratā confecit: quam ⁊ ſecum vbiqꝫ detulit. Hec iniuria mulieri nimium inheſit: ꝓpter qđ etiam ſe vlciſci ſtatuit. Erat tum in exercitu Alboini Helmechildis longobardus foꝛma pꝛeſtātiſſima: vir quidem nobilis: ⁊ in armis foꝛtiſſimꝰ: qui cū ancilla Roſimunde ↄſuetudinem habebat. Huic aūt aliquādo Roſimunda ꝓ ancilla ſe ſuppoſuit. Quod cū feciſſet Roſimūda adoleſcentem ſub ſpe regni ad occidendū regeꝫ impulit. Obtrūcato aūt rege cum regina eum regem ↄſtituere vellet. Longobardi noluere: ſed eos occidere ſtatuere. Verū regina cū adultero ⁊ Alſiūda filia cū multa pecunia Rauenam ad Longinū Exarchum ↄfugit. vbi nō ita multopoſt (referente Paulo hiſtoꝛico) ſe ipſos inuiceꝫ veneno interimere.

Exarchatus dignitas hic incipit.

Longinus grecus ſuperioꝛibus diebus a Juſtino in Jtaliā miſſus hoc tēpoꝛe Rauena ⁊ aliquibus Venetie ciuitatibus a lōgobardis reſeruatis/ cuꝫ nuncuſqꝫ quelibet vrbs ſuo magiſtratu regeret/ nouum in Jtalia magiſtratū introduxit: eumqꝫ Exarchatum appellauit: quod interpꝛetat̄ ſummus Jtalie magiſtratus. Hic apud Rauenam tanq̄ apud regem ſe ↄtinens nunq̄ Romam adijt. Sed poſt Baſilium conſulem: qui cum Narſete conſul fuerat/ nunq̄ Romana ciuitas conſulem aut ſenatum habere potuit: ſed per ducem grecum ab Exarcho ex Rauena miſſo ipſa eius res adminiſtrata fuit. Durauitqꝫ hic magiſtratus centum ⁊ vigintiquattuoꝛ ferme annis.

Claphon ſecundus in Jtalia Longobardoꝛum rex Alboyno rege obtruncato regnauit anno vno ⁊ menſibus ſeptem. Vir quidem gente nobiliſſima natus: ſed crudeliſſimus: qui multos romanoꝛum potentes captos interfecit. Quo terroꝛe multi nobiles deſertis vrbibus per maritimas paludes ⁊ Venetam ciuitatem ſe contulerūt quoꝛum aduentu tunc Veneta ciuitas mirum in modum aucta fuit. Hic foꝛū Coꝛnelij a Narſete dirutum/ ⁊ ſolo equatum reedificauit/ ⁊ Jmolam appellauit: vt inde Rauenates vexaret. Hic latinam pꝛouinciam pꝛeter Romam ⁊ Tyburē cepit. Cūqꝫ ēt in ſuos nimium ſeuiret/ ac multos exilio dānaret/ tandē dolo ſuoꝛū a pue

569

570

Juſtinus iunior

ro ſui obſequiſ iugulatus fuit. Quo mortuo longobardi per decem annos ſine rege fuere: ſed triginta duces ſibi creauere. Qui ſubiugata vniuerſa Campania cuꝫ Picentibus ⁊ Marſis ducem vnum in Spoleto ⁊ alterū i Beneuēto ꝯſtituere.

Lotharius octauus francorum rex Chilperici regis filius hoc anno francis regnare cepit: ⁊ regnauit annis. 54. Hic Tendibertū ⁊ Thēdericuꝫ germanos habuit: q inter ſe debellantes prouincijs ſuis maximo fuere detrimento.

Tiberius

5770 571 Tiberius Conſtantinus decimuſnonus Conſtantinopolitanus imperator poſt Juſtinum imperauit annis ſeptem. Hunc Juſtinus adoptauerat in filium: ⁊ multo anteq̄ amens effectus eſſet Auguſtum appellauit. Et quidem merito cum in eo omnia eſſent ornamenta: que optimo principi conuenire videbantur. Erat enim cum omni virtute: tum clementia: iuſtitia: ⁊ pietate: religione: ſapientia: conſtantia: ac fortitudine preditus. Et inter cetera chriſtianitatis opera in pauperes pientiſſimus ac benificus fuit adeo vt theſauros imperij ſui larga manu in eos exhiberet ob quam cauſam deus illi preter ſpem: tantam auri argentiqꝫ contulit copiam: quantam eius requirebant beneficia. Nam ⁊ Narſetis theſauri ei ex Italia delati fuere: diuina hoc illi preſentante voluntate: quos ad munificentiaꝫ ⁊ liberalitatem conflatos etiam in ſimile etiam conuertit opus. Hic exercitum i perſas miſit: de quibus etiam triumphauit: multamqꝫ predam cum Elephantis viginti auexit. Populum romanum quoad fieri potuit ab hoſtibus tutatus fuit: ⁊ maxima frumenti quantitate ex Egypto allata euꝫ a ſeuiſſima fame liberauit: ⁊ hoc Benedicti pontificis interuentu: quem mirum in modum dilexit. Tandem extremum ſibi imminere diem preſentiens Mauricium genere Capadocem generum ſuum virum vtiqꝫ ſtrenuum ad imperium ex Sophie ꝯſilio euexit. Quo confirmato paulopoſt in pace quieuit.

Papa 64ꝰ

5776 577 Benedictus primus papa natione romanus: patre Bonifacio poſt Joannem ſedit annis quattuor: mēſe vno: diebus vigintiocto. Vir ſane optimꝰ ⁊ tanto honore dignus: qui ⁊ Italie: ⁊ preſertim Rome fame laborāti vna cum Tiberio Auguſto ſubuenit. Maximam enim frumenti quantitatem ab Egypto aduehens vrbem ipſam ab inedia conſumptam releuauit. Verum paulopoſt ex ſollicitudine ac dolore: quem in calamitatibus vrbis: ⁊ totius Italie ob longolurdorum vexationes contraxerat mortem obijt. In cuius tumba ſic ſcriptum tradunt. Magna tuis monumenta pater benedicte reliquis: Virtutum titulis o decus atqꝫ dolor. In eius morte vacauit ſedes menſibus duobus ⁊ diebus decem.

Mauricius

5777 578 Mauricius Tiberiſ gener vigeſimus Cōſtantinopolitanus imperator: poſt Tiberium imperauit annis viginti. Qui licet genere Capadox eſſet: imperium tamen ob animi virtutem: ⁊ in rebus gerendis ſtrenuitateꝫ merito ſuſcepit. Hic cum primum imperium ſuſcepiſſet Armenos ⁊ Perſas per prefectos debellauit. Verum cum poſtea cōtra beatum Gregorium ſeditiones ſuſcitaſſet ⁊ Longobardos contra eum: romanoſqꝫ concitaſſet: multis etiam iniurijs eccleſiaꝫ dei perturbaſſet viuo tandem diſponente conſilio non ſponte tamen: ſed coacte penitentia ductus cum Gregorio pacem componens mitius agere cepit: quod intellexerat Angelum quendam monachi habitu indutum ſtrictum gladium in manu tenentem in Conſtantinopolitano foro clamaſſe: imperatoreꝫ breui gladio moriturū. Hoc idem eius ſomnium confirmauit.: quo ſe vxorem ac liberos cedi vidit: Interiꝫ vero milites ſuis ſtipendijs fraudati Phocam centurionem imperatorem creant: ⁊ Mauricium propter auaritiam in ſuorum odium prolapſum vna cum vxore ac liberis obtruncant.

Papa 65ꝰ

5781 582 Pelagius ſecundus papa natione romanus: patre Vingeldo poſt Benedictū ſedit annis. x. menſibus. 2. ⁊ diebus. x. Hic cū abſqꝫ principis iuſſu preter ꝯſuetudinem ordinatus eēt timens ſibi Gregorium monachū virum approbatum Conſtantinopolim ad placandū imperatorē miſit. Qui eo accedens omnia ex pontificis ſententia apud imperatorem perfecit: ibiqꝫ moraliū libros in Job compoſuit: ⁊ Euthicium eiuſdem vrbis epiſcopum ita preſente Auguſto diſputando conuicit: vt omnia que male de reſurrectione ſenſerat retractare coactus ſit: ipſe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Mauricius

enim Eutbicius multa de eo articulo contra Orthodoxam fidem exponebat. Pe-
lagius autem posteaq̄ Hermetis martyris cemiterium: ⁊ sancti Laurentij basilicā
a fundamentis extruxiſſet | ⁊ ipſum Gregorium rogatu populi romani ad vrbem re
duxiſſet: peſtilentia que tum maxime totā vexabat Italiam | conſumptus ē: ⁊ i Va
ticano ſepultus. Et ceſſauit tunc ſedes menſes. 6. ⁊ dies. 28.

Viri doctrinis excellentes.

Gregorius romanus monachus poſtmodū papa | ingenij diuini vir | magneq; aucto-
ritatis ⁊ gratie his temporibus maximo in precio propter ſanctitatem ⁊ probitatē
fuit ⁊ multa tum Conſtātinopoli: tum Rome ante papatum ⁊ in papatu pro chri-
ſtiana religione edidit: ⁊ precipue que ſubiecta ſunt: videlicet.

Moraliū in Job li 35. Incipit Remo ac ſctiſſimo Paſtoraliū li i. Paſtoralis cure
Dialogorum li 4. Quadā die dum Sup Ezechielē ptes. 2. prima
Secūde partis principium Quia multis curis incipit Deus prophetie.
Regiſtrum li i. ⁊ omilias. 42

Honoratus Mediolanenſis epūs | vir eloquentia ⁊ ſanctitate ornatus ꝑ hoc tempus
floruit: ⁊ nonnulla in diuinis ſcripturis ſcripſit. Qui cū Alboyni impetum exhorre
ſceret | eccleſiam ſuam deſerens Genuam confugit.

Arthari ſ Flauius tertius lōgobardoꝝ rex | hoc anno cū longobardi. x. annis ſb duci 583
bus fuiſſent | ab ipis rex creatus | regnauit annis. 7. Hic Caphonis regis filius fuit:
quē lōgobardi Flauium appellauere. Hic lʒ adoleſcēs: multis tñ editis facinorib⁹
laudatus fuit: cui oēs duces dimidiā pecuniarū ſuarū partē tradidere. Hic Pharā
oppidū in Abdue ripis ꝯdidit: ⁊ Brixellū in margine Padi poſitū obſedit: ⁊ tandē
ſolo equauit. Sʒ ⁊ francoꝝ regem cū ingēti francoꝝ germanorūq; exercitu deuicit:
⁊ ex Italia fugauit. Qua quidē elat⁹ victoria: ad Siculū fretū vſq; peruenit: ⁊ mul
tas Italie ciuitates in poteſtatē ſuā redegit. Inde ⁊ Fracilionē Romanū ducē Co
mo ⁊ Cumacina inſula: que i Lacu lario erat expulit: ingenteſq; diuitias ſuſtulit: q̄
ditatus preda ēt cū Chilperico francoꝝ rege pacē percuſſit: ⁊ Theudelindā Gari-
baldi Bauaroꝝ regis filiam chriſtianiſſimā duxit vxorē. Quāobrem Chilpericus
francoꝝ rex in Bauarū furens cum inopinate aggedit̄: ⁊ ex Bauaria expulit: Qui
cū filia Theudelinda in Italia ad Generū fugit. Huic Gādulphus Bergomenſiū
dux: ⁊ Ulpharis Taruiſin⁹ ⁊ alij lōgobardi duces plurimum aduerſati ſunt. Qui-
bus pacatis eo anno: quo Theudelindam duxit vxorem | defunctus ē.

Gregorius primus papa | natione romanus: patre Gordiano ſenatorio viro Papa 66
poſt Pelagium ſedit annis. 13. menſi. 6. diebus x. Doctor quidem ſanctiſſi
mus ⁊ humillimus: q primus omniū pontificum: ſeruum ſeruoꝝ dei ſe noia 592 5791
uit ⁊ ſcripſit. Qui primo monachus ⁊ leuita exiſtens: pōtificale munus in multa re
rum perturbatione tandē ſuſcepit: in quo ſane ita vixit | vt vſq; ad tēpora noſtra ne-
minem ex ſucceſſoribus habuerit parem | nedum ſuperiorē | vel ſanctitate vite | vel di
ligētia i reb⁹ agēdis: vel doctrina ⁊ ſcriptis. Quapropter merito terreſtris angel⁹ vo-
cari meruit. Hic Synodū apud ſanctū Petrum quattuor ⁊. xx. epoꝝ habuit: in qua
Gratiano teſte multa ſuſtulit: que nocitura: ⁊ mlta addidit que ꝓfutura fidei noſtre
videbant̄: ⁊ preſertim que ſubſecuta ſunt. In ea nanq; Synodo primo quattuor cō
ſilia. ſ. Nicenum: Cōſtantinopolitanū: Ephesinū: ⁊ Calcidonenſe decreto publico
approbauit. Necnō ⁊ quintū veneratus ē: vt habemus i canone. xv. di. c. Sicut ſan-
cti euangelii. Uetuit aūt vt nullus bigamus oio ordinaret̄ preſbyter. 33. di. c. Mari
tā duarū. Statuit ēt vt epūs ſemel duntaxat ꝯſecraret̄. 68. di. c. Sicut ſemel. Pro-
hibuit inſup chriſtianis audire miſſam ꝯcubinarij preſbri. 81. di. c. Si qui ſunt. Ue-
tuit etiam in vna eademq; ꝓuincia duos eſſe Metropolitanos. 101. di. c. Peruenit.
Cōceſſit quoq; ſacerdotibus a populo accuſatis | ſuā poſſe innocentiam iuramento
affirmare. 2 q. v. c. Preſbr. Mandauit preterea vltimā defuncti voluntatem modis
omnibus obſeruari. 13. q. i. c. Ultima. Uetuit etiā mulieribus monachorum mona-
ſteria intrare: ⁊ eorū commatres fieri poſſe. 18. q. 2. c. Peruenit. Addidit deniq; qua-
dragesimali ieiunio quattuor dies primos | videlicet quartam quintam ⁊ ſextam fe-
rias ac ſabbatum: vt habetur de conſe. di. v. c. Quadrageſimam. Introitum quoq;

Mauricius

miſſe cum vno verſu alicuius pſalmi ordinauit. Eius etiam inuentū fuit vt nouies kyrieleiſon diceretur. ⁊ Alleluya. ⁊ offertorium ac poſt communionem caneretur. Idem ſimiliter in canone addidit: Dieſqꝫ noſtros in tua pace diſponas. Mādauit rurſus in principio omnium horarum canonicarum. Deus in adiutorium meum intende ⁊c. cum Gloria patri dici debere. Supplicationes maiores primus propter peſtem ſedandam: atqꝫ Stationes pro maiori parte inſtituit. Quid plura? Omnēꝫ eccleſiaſtici officij inſtitutionem ipſe ſanctiſſimus pontifex inſtituit ⁊ approbauit. Ipſe adhuc monachus ſex monaſteria in Sicilia ex paternis facultatibus edificauit. Domumqꝫ ſuam Rome religioni dedicauit. Traianum imperatorem ab inferno liberauit. Pauperes preterea in domum paternam vndiqꝫ confluentes excepit. Et in vita cibo potuqꝫ ſemper continuit. Fuit deniqꝫ vir hic omni laude dignus: ſi vitam: ſi mores: ſi doctrinam inſpicias: atqꝫ ſolertiam. tum in diuinis rebus: tum in humanis. Hic quoqꝫ Anglos ad fidem per quoſdam monachos probatiſſimos cōuertit. Et Veſegothe heretici ad veritatis vnionem eius opera redière. Confirmata hoc pacto omnia ex parte eccleſia. ſecundo Phoce imperatoris anno migrauit ad dominum: ⁊ in baſilica Petri collachrymantibus omnibus. 4º idus Martij ſepultus fuit. Quo die etiā eius feſtum celebratur. Quo mortuo vacauit ſedes menſes quinqꝫ ⁊ dies. 19.

Tunica inconſutilis domini noſtri Jeſu Chriſti tempeſtate hac non procul ab Hieruſalem in Saphath oppido ab epiſcopis Gregorio Antiocheno: Thoma Hieroſolimitano: ⁊ Joanne Conſtantinopolitano in quadam arca marmorea eo loci apposita inuenta fuit. Hec ē que in morte domini (vt ſacra euangelij habet hiſtoria) vni militi obtigit. Verum epiſcopi ipſi Hieroſolimaꝫ eam deferentes in eburnea arca collocauere.

Hermigildus qdam Veſegotharū ⁊ hiſpanoꝝ regis filius a Lemugiido pr̄e p id tēpus ī carcere truſus interfectꝰ ē: eo q̄ Leādri hiſpalēſis epi p̄dicatione ab Arriana impietate ad catholicā fidem ↄuerſus fuiſſet. Nam cū Leander Hermegildū catholicum declaraſſet cū affecit multis incōmodis Lemugildus. Sed ⁊ ip̄e paulopoſt egritudine correptus Leandro reducto de peccato veniā poſtulauit. Et Ricarduꝫ ſecūdū filiū regē ↄſtituēs catholicum chriſtianum effici procurauit.

593 Auguſtinus ⁊ Miletus optimi monachi Angloꝝ ep̄i ⁊ ap̄li his temporibus a beato Gregorio pōtifice in Britāniā cū quibuſdā p̄batiſſimis monachis mittunt̄. Qui cū eo acceſſiſſent monitis ⁊ predicationibus totam inſulaꝫ ad Chriſti fidē perduxere. Hi poſtmodū vt ſancti habiti ſunt: eorūqꝫ feſtū ſeptimo kalē. Julij celebramꝰ.

Agilulphus quartus longobardorum rex poſt Autharim ſuper longobardos regnauit annis. 25. Mortuo enim Authari rege cum Longobardi de electione futuri regis diſcordes eſſent: tandem ita concluſere: vt ille ex Longobardis regno potiretur quem Theodelinda ſibi virum eligeret. Que ſtatim hunc Agilulphum Thaurinenſium ducem virum bellicoſiſſimum: ⁊ adoleſcentia: formaqꝫ preſtantem ſibi maritum ⁊ Longobardis regem declarauit. Hic itaqꝫ ſuſcepto regno ſtatim cum Cacano hunorum rege pacem firmauit: ipſo eam per legatos ex Panonia poſtulante. Sequenti deinde anno intercedente Tridentinorum duce ſimiliter cum francoruꝫ rege pacem firmauit. Poſtea Munulphuꝫ inſule ſancti Juliani ducem: ac Zangulphum Veronenſium ac Haydulphum Bergomenſiuꝫ duces (quibus tertio pepercerat) interemit. Bellum etiam cōtra romanos ſuſcepit: ac Romam per annum obſedit: multaſqꝫ clades illi intulit. Quo fretus auxilio Zoto Beneuentanꝰ dux: ⁊ ip̄e ruptis inducijs Caſſinenſe monaſterium (iuxta Benedicti prophetiā) inuaſit: ⁊ a fundamentis penitus euertit. Hic Patauium vrbem vallo tantum ⁊ foſſa ſine menibus munitam obſedit. Habebat tunc hec vrbs (a Totilla diruta) omnia edificia ex lignorum materia fabrefacta: eam tandem longobardi igne immiſſo omnino vaſtauere: ⁊ ſimiliter montē Silicis. His geſtis cū eius filia ⁊ gener Godeſtaldꝰ apō Parmā ciuitatē a Galenico romanoꝝ p̄fecto capti ⁊ Cōſtātinopoliꝫ miſſi fuiſſent. Agilulphus contractis vndiqꝫ copijs Cremonam obſedit: ⁊ tandem expugnatam ad ſolū vſqꝫ demolitꝰ ē: pariqꝫ modo Mantuā expugnās eā ſine muris dereliquit.

Mauritius

Tandeꝫ ⁊ hunc diuus Gregorius per interceſſioneꝫ Theodelinde religioſiſſime regine cui dialogorum libros ſcripſerat conuertit. Qui omiſſis idolis Chriſti fidem cum omnibus longobardis complexus eſt. ⁊ omnia eccleſiaſticorum bona reſtituit: ⁊ ad labem diluendaꝫ eccleſias ⁊ monaſteria multa ſua impenſa fabricauit. Et apud Modoetiam oppidū inſigne in honorem Joannis baptiſte templum celeberrimum erexit. Eo deniqꝫ vita functo Adoaldum puerulum filium cū Theodelinda matre ſucceſſorem reliquit.

Theodelindam autem reginam bauarorum regis filiam generoſitate ſanguinis claram fuiſſe conſtat: que ⁊ſi etate iuuenis: forma ſpectabilis: ac diuitijs abundās fuerit: moribus tamē ⁊ caſtitate ⁊ prudentia: eloquentia religioneqꝫ conſpicua fuit. Cuius quidem virtutibus Gregorius commotus: dialogorum librum ei conſcripſit. Cuius lectione ipſa mota Agilulphi animum ad religionem ⁊ ad pacem cum omnibus longobardis conuertit: ⁊ mores vitamqꝫ eorum compoſuit. Sicqꝫ hec religioſiſſima femina multoꝝ bonorū cauſa fuit. Hec eniꝫ monaſterium celebre in honorem ſancti Colūbani apud Bobiū condidit et alia mōaſteria ⁊ ꝙmaxie apō Modoetiā in honorē Joānis baptiſte a fūdamentis edificauit: eāqꝫ predijs ⁊ vaſis aureis atqꝫ argenteis exornauit. In qua quidem baſilica corpus ſuū tumulari voluit. Ex illo ⁊ deinceps longobardi noſtri Joannē baptiſtam in patronum precipuum ſuſceperunt.

Romanus tertius Exarchus poſt Smaragdum a Mauritio imperatore Rauenā 593
mittitur: cui copias ingentes cōtra Longobardos tribuit. Hic ſtatim munitis Pa tauio: Cremona ⁊ Mantua ciuitatibus cū copijs Romam perrexit: ⁊ ibidē Longobardis ſtrage inflicta multas ciuitates ⁊ oppida recuperauit. Poſtea vero in omnem libidinem ꝓlapſus iāqꝫ v̄tutis ⁊ ingenij immēor factus cuꝫ longobardis ſentire cepit. Nec romanos amplius defendere voluit. Unde ⁊ eodem anno mortuus eſt. Et gallinicus ſuffectus.

Gallinicus grecus Romano quartus Exarchus ſuffectus prefuit annis. Hūc virū bonū: ⁊ ꝯtra Longobardos animatum fuiſſe tradunt. Sed cū res neglectas videret Gregorij pōtificis ſuaſu cū eis inducias fecit. Cūqꝫ Parmā poſtea inuaſiſſet. Et Agilulphi filiā cum viro nōie Gadeſcallo cepiſſet. Rauenāqꝫ duxiſſet Agilulphus ira ſuccenſus ſclauos in auxilium vocauit: ⁊ contra Romanos implacabile bellū ſuſcepit ⁊ oppida multa: multaſqꝫ vrbes euertit. Eoqꝫ anno Gallinicus mortuus eſt. Et Smaragdus rurſus a Mauritio imperatore Italie Exarchus creatus eſt.

Prodigia multa tempeſtate hac in grecia apparuere: que ſane futuras Mahumeti calamitates protendere viſa ſunt. Nam vno ⁊ eodem anno Cometes perlucidus Bizantij viſus eſt. Et puer quadrupes natus. necnon ⁊ apud inſulam Telon duo marina monſtra omnino hūanam ſpēm habentia viſa ſunt ⁊ alia multa ꝯſimilia.

Mahumetis vita.

Mahumetes: alias Mahumetus Arabs: qui poſtea tanꝙ magnus dei propheta 595
Sarracenis leges dedit: hoc āno ex nobili patre qui deos gentium adorabat. matre autem hebrea hiſmaelitici generis in Arabia naſcitur: qui poſtmodum etatis ſue anno vigeſimooctauo magnum excitauit in chriſtianos incendium. Nam cuꝫ verſutus ⁊ acris ingenij eſſet: ac inter chriſtianos diu conuerſatus omniuꝫ ſectas cognouiſſet novam quandam ⁊ nephandam ſuperinduxit ſuperſtitionem: qua ꝓpe modum noſtra extincta eſt religio. Auſus eſt etiam comparato ingenti exercitu Arabum Perſidas. Necnon ⁊ Romani imperij fines: videlicet Alexandriam: aliaſque Egypti vrbes infeſtare. Sed eius motus per Heraclium imperatorem cito repreſſi ſunt. Exinde ad verorum prophetarum imitationem: perſonam in ſe loquentis dei aſſumpſit: ſic premittens in libris quos condidit. Locutus eſt dominus ad Mahumetū prophetam ſuum dicens: Ut ſic vel diuine auctoritatis pōdus habere crederetur: qđ ab eo ſeductore confingebať. Cūqꝫ nō tm̄ ſubacti populi. ſed ēt lōginq ad eū cōfluerent accēſus libidīe latius dn̄andi ſub ſue religiōis

Mauritius

pretextu propagande tanquam ex dei precepto finitimas inuaſit gentes:arte:ꝛ
aſtu efficiens quod armis non poterat. Unde cum Egyptum: Lybiā: Arabiā:
Syriam totāqꝫ ſubegiſſet vt religioſioꝛ uidereť ſubiectos populos ꝓprijs ritibꝰ
abiectis in ſuā ſuperſtitionēꝫ attraxit. Paganis quidem idolatriam inbibens iu
deis iuxta ritū eoꝛūdem cōceſſit circūciſionem. Nouas deide quaſdā leges de ſuo
confinxit teſtimonia de vtroqꝫ teſtamēto adhibēs quas Sarraceni ꝛ Turci vſqꝫ
hodie ſuas leges appellāt. Unde ſm iudeoꝛū ritum Sarracenos iuſſit circūcidi:ꝛ
ſuille carnis eſū ſuis ſequacibus interdixit. Ad imitādos quoqꝫ chꝛianos crebꝛas
in aqua mēbꝛoꝝ ablutiōes tanq̄ baptiſma ꝓ delictoꝛum expiatiōe fieri inſtituit.
Et vt ſeductos ita populos foꝛtius ſibi irretiret ſtatuit ꝓ lege quod nouerat ho
mini placere.ſ.q̄ hō tot vxoꝛes ac cōcubinas habere poſſet:quot facultatibus poſ
ſet ſuſtentare. Uxoꝛes ēt vſqꝫ ad quaternariū numerū de pꝛopꝛia cognatiōe ſume
re:ꝛ vſqꝫ quater repudiare:ruſuſqꝫ reſūere permiſit. Empticias vͦo ſiue captiuas
quot vellet qſqꝫ hr̄e cōcubinas ꝛ eas vendere liceret:niſi illaꝝ aliquā grauidā red
didiſſet. Sobꝛietatē tamē in cibo potuqꝫ ſanciuit. Uiniqꝫ uſū p̄terq̄ incertis qui
buſdā:ꝛ illis ſolēnibus diebus iterdixit. Unum deū omnipotētem oīum creatoꝛē
coli iuſſit. Aſſerens Moyſen ꝛ Joānem magnos fuiſſe pꝛophetas. Sed Chriſtū
oīum pꝛophetarum maximum quippe qui diuia.virtute nō humāo ſemine de vir/
gine Maria oꝛtus eſſet.

Alcoꝛanum libꝛum Mahumetus auxilio Joāni antiocheni heretici. Sergij Arri/
ani:ac ēt cuiuſdaꝫ iudei aſtronomi cōpoſuit:in quo pꝛedicta oīa pꝛo lege deſcripſit
falſa quibuſdā veris imiſcēdo aſſerēdoqꝫ Chꝛm ad celos eleuatū: ſed nō ociſum.
Dixit p̄terea Judā ꝓditoꝛem dū Chriſtū quererent in ſpelunca in ſimilitudinem
Chꝛi mutatū:ꝛ eius loco crucifixū. Per ſingulos quoqꝫ ānos ſuos ſequaces do/
mum dei que eſt in Mecha oꝛonis gratia ſi poſſet adire iuſſit. Quo cōuenientes
circuire deberēt cū ſimilibus veſtibus induti:ꝛ lapides ꝑ media foꝛamina parietuꝫ
tāq̄ per diabolum lapidādo iactare. Hāc autem domum Abꝛaam ꝓ filijs ſuis po
tiſſimū ꝓ hiſmaelitis oꝛoniſ cā cōſtruxiſſe ferebat. In eo etiaꝫ Alcoꝛano legem tu
lit:vt qui cū adultera fuiſſet dep̄henſus:lapidaretur.cū ſoluta aūt octoginta verbe
ribus afficereť. Uoluitqꝫ ut fur pꝛīa ꝛ ſecunda vice vberibus tātum plecteretur.
Tertia vͦo mānus:ꝛ qnta pedes p̄ciderenť. Jjs aūt q hec ꝛ alia legis ſue p̄cepta ſer
uarēt:vt aſſeruit ꝓmiſit dominꝰ paradyſū oꝛtū:videlicet deliciaꝝ:vbi nulla itempe
riei aut icōmodi afflictio:ſed oīum deliciarū fruitio perfecta erit. Naꝫ optati cibi
ad vota ſuccedēt:pulcherrias veſtes ad amictū:vgīes ad cōplexū:āgeli pulchri il
li miſtrabūt. Jjs autē q̄ legem ipſā cōtēpſerint gehennam ifernūqꝫ cōmiatꝰ ē.

Hic vͦo Mahumeteſ āno dn̄i. 632º etatis ſue.34º. moꝛtē obijt:pꝰ quē pꝛicipatū inijt
Calipha:cui ſucceſſit Achaly. Quo expulſo regnauit Aly:ꝯtra quē eo q̄ ſupſtiti
oſus eēt nonū Calyphā egyptij ſibi ducē creauerť:qd̄ in hodiernū ſeruať diē.

Phoca

Phoca vigeſimuſpꝛimꝰ ꝯſtātinoploitanꝰ iperatoꝛ pꝰ Mauritiū ipauit ānis
vij.hic cū Cēturio eēt militari ſeditiōe impatoꝛ effectꝰ Mauritiū Auguſtū
cū filijs Theodoſio:Tyberio: Cōſtātino ꝛ aduocato:alijſqꝫ cōplurimis
5797 598 iterfecit apd̄ Calcidonē: veniēſqꝫ ꝯſtātiopoli vt ipatoꝛ receptꝰ magnaꝫ de ſe ſpem
p̄buit. Rome quoqꝫ d̄claratꝰ ſuā ꝛ vxoꝛiſ Leontie imagies i oꝛatoꝛio ſcti Ceſarij
iter alioꝝ Auguſtoꝝ imagieſ collocauere. Sꝫ rex exitꝰ mľtoꝝ feſellit opiōnē: q ſue
future ſegnitiei p̄ſagiū nomē accepit. Nā ſicut Pli.nono naturalis hiſto libꝛo ait.
Phoca vitulus marinus nominať q pꝛe ceteris animalibus grauiſſimo ſomno p̄/
mitur:qd̄ ſēſiſſe videť Juue.cū ait pꝛo re magna in tertia ſatyra. Eripiūt ſōnū dru
ſo vituliſqꝫ marinis. Tāte.n.ſōnolētie ꝛ pigritie fuit Phoca:vt pſaꝝ rex Coſdra
grauiſſimis p̄lijs romanoꝛom pꝛouincias oppꝛeſſerit:ipſamqꝫ ſāctam Hieruſaleꝫ
abſtulerit:ꝛ in ea chriſtiāoꝛū templa pꝛophanauerit ꝛ diripuerit:lignumqꝫ domi
nice crucis inde abſtulerit:ꝛ Zachariam virum ſanctuꝫ eiuſdem ciuitatis patriar
cham captiuum abduxerit. Quas ob res cum etiam Phoca in ſuos maxie deſe/
uiret:imperiūqꝫ eius negligentia indies deperiret ſenatus eius homicidia non
ſuſtinens ad Heradium patricium in Aphricam mittit: vt Heradium filium

Phoca

contra Phocam imperatorem deſtinaret. Quod ⁊ factum eſt. Nam Herodius nauigio veniens Phocaz deuicit: quē mātbus pedibuſqꝫ truncatis ⁊ lapide ad collum ligato in mare proiecit.

Sabinianus papa cuius patria ignorat̃: poſt Gregoriū ſedit āno vno: mēſibus q̃qꝫ: diebus nouē. hic ꝯſtituit vt hore diei cū campanis pulſarētur in eccleſijs diſtinguerent̃ officij gr̃a: vt accenſe lāpades ꝯtinue in tēplis retinerent̃. Verū Gregorij ſāctiſſimi viri geſtis aliq̃ntulum aduerſatus fuit. Nā cūz eius pōtificatus tēpore fames inualuiſſet: inſtarētqꝫ pauperes vt Gregorij pictatem emularet̃. Nil aliud reſpōdiſſe fert̃: ꝙ Gregoriū popularē famem affectantē ecclesia patrimoniū largitiōibus diſſipaſſe. Tāta inſup ira atqꝫ inuidia erga Gregoriū exarſit: vt eius libros exuri tentauerit. Unde ⁊ beatus Gregorius per viſuz eū ter dure redarguit: quartoqꝫ cū ſe corrigere nollet ab eodem in capite pcuſſus expirauit. Cuius quidē cadauer veluti infamis ad pontē Miluium delatuz in baſilica Petri ſepultuz fuit. Hic tertius pōtificū fuit qui culpabili morte damnatus ſit. Et tunc ceſſauit epiſcopatus menſes. xj. ⁊ dies vigintiſex. Papa. 67 — 650 5804

Bonifacius tertius papa patria Romanus poſt Sabinianū ſedit menſib⁹ octo: ⁊ diebus vigintiocto. hic Gratiano teſtante hita ſynodo inſtituit neqꝫ ſub anathematis pena in locū demortui pōtificis aut epiſcopi ſubrogaretur: niſi tertia ſaltem poſt eius obituz die: ut hēmus in canōe. 79. di. c. Nullum. Cōſtituitqꝫ vt nitidus pānus quod corporale dr̃ ſuper altari in cōſecratiōe poneretur: de cōſe. di. i. Hic ēt patriarchā cōſtantinopolitanū compeſcuit ſeſe pricipem appellātem iubente Phoca vt Romane eccleſie omnes obedirent. 22. di. c. Renouantes. Qui tādē e viuis diſcedens in baſilica Petri ſepultus fuit. Uacauitqꝫ tūc ſedes menſem vnum ⁊ dies ſex. Papa. 68 — 607 5806

Bonifacius quartus papa natiōe Marſus de ciuitate Valeria pr̃e Ioanne medico poſt Bonifaciū tertiū pōtifex creatus ſedit ānis ſex: menſibus 8. diebus. 12. hic tēplum ſancte Marie Rotūde quod veteres Pantheon appellabāt a Phoca imperatore impetrauit: quod etiā eiectis prius gētium ſimulacbris quarto idus Maij in honorē beate Marie virgis: oīumqꝫ ſanctoꝝ martyrum cōſecrauit. Quo facto ēt paternā domum in mōaſterium redegit ſuoſqꝫ fundos eidem in mōachoruz uſū aſcripſit: q̃bus ⁊ p̄dicādi: baptizandi ⁊ abſoluēdi poteſtatē tribuit. Indeqꝫ paulop⁹ diē extremū clauſit: ⁊ i bt̃i Petri baſilica ſepult⁹ fuit. ⁊ p⁹ ceſſauit ſedes (maxie ob peſtē ⁊ iundātiā aq̃ꝝ) menſes. 7. ⁊ dies. 25. Papa. 69 — 608 5807

609 Cacanus hunoꝝ ſiue bauaroꝝ rex: hoc āno apd̄ Auares hunos regnū accepit: qui magno cōparato exercitu ex Norico in italiā trāſgreſſus Forliuij ⁊ Venetie ꝓuincias inuaſit: ac quoſdā longobardorū prefectos ita ſuperauit vt paululū abfuerit q̃n Forūiulij prouinciam obtineret. Giſulphus aūt eiuſdem prouicie dux eū aggreſſus ē. Et commiſſo maximo prelio Cacanus victor euaſit. Et licet multos ex ſuis amiſerit prouinciam tamen ſtatuit. Rex vero parta uictoria: duceqꝫ īterfecto: audiens eius vxorem Romildam cum filijs Rodoaldo ⁊ Grimoaldo maxis opibus in Forūiulis vrbe ſe cōtinuiſſe eo ꝓfectus eſt. Et ut Paulus hiſtoricus. li. 5. tradit. dū vrbē obſidēs circūequitaret a Romildia e menibus flauis criſpātibuſqꝫ capillis uiſus eius amore capta oratores ei miſit pollicēs ſe vrbē ꝓditurā mō eaz in vxorē duceret. Promiſit ille ⁊ vrbē accepit: eāqꝫ ſtati ita incēdit ⁊ euertit vt vix vrbis veſtigiū cerneret̃. Romildam vero vna duntaxat nocte ad ſe admiſit. Inde velut impudicam mulierem militibus ſuis paſſim proſtituēdam tradidit. Quibus peractis acutum palum in medio campi fixit: in quo ⁊ ipſam Romildam per media crura confixit inquiens. Talem maritum decet meretricez crudelem habere. Eius aūt filie nō mr̃is libidinē: ſed caſtitatē zelātes ne ab hunis ꝯtaminarent̃ crudorū pulloꝝ carnes īter mām̄as ſub faſcia ſibi appoſuere. Que ex calore putrefacte fetidū exhalabant odorē. Cūqꝫ eas huni contingere uellēt fetorē nō ſuſtinere ualentes ab eis cum execratione recedebant. Ac ſic puelle nobiles barbarorum libidinem euaſere: vtile ſeruande caſtitatis exemplum poſteris feminis mandantes. Cacanus autem captiuos omnes in terram ſuam abduxit: vbi ⁊ puberes

Nota mirabile castitatis exemplum

Heraclius
omnes interfecit:ac pueros vendidit.
5810 611 Heraclius vigeſimuſſecundus cōſtantinopolitanus imperator poſt Phocam imperauit anniſ.27.hic vbi imperiū adeptus eſt:magnū con parauit exercitum:⁊ Eleutherium patricie gentis cubicularium ſuū rei bellice ſcientiſſimum in Italiam miſit. Et ipſe contra perſas progrediens: multas prouincias ab eis occupatas in ſuam redegit poteſtatem. Nam perſaruz ducem ſingulari certamine vincens interfecit. Coſdram eorum regem oppreſſit: ⁊ filiuz eius captum:baptizatumqꝫ in regnum reſtituit. Perſidem deinde ingreſſus turrim Coſdroe theſauris plenā cepit:⁊ coꝝ partem militibus dedit:⁊ ptē in reparandis templiſ:que perſe diripuerant ac uaſtauerant|deſignauit. Ipſe vero alia bonuſtꝰ preda cum ſeptem elephantis hieroſolymam redijt|crucem domini a perſis captam ſecum deferens:eoqꝫ loci reportauit:vbi ante fuerat. Ob cuius rei memoriaz exaltatio ſācte crucis dehinc celebrari cepta eſt. Zachariā quaqꝫ pꝛiarcham ⁊ alios a pſis captos in patriā remiſit. Rediens poſtmodum Cōſtantinopolim litteriſ ⁊ ocio delectatus ad aſtrologiam ſe contulit:⁊ imperij res in ſuos duces reiiciens .luxui ſe immerſit. Mortua enim Eudoxia vxore ex partu quo Conſtantinum peperit: Mirtinam ex ſorore neptem inceſtuoſo ſibi matrimonio copulauit:⁊ Heraclinē filium ex ea ſuſcepit. Illaqꝫ paruo tempore defūcta eius ex primo viro filiā adoleſcētulam ſenex accepit vxorē. Et vt ſcelus ſceleri adderet quod ſepe cōtingit i Anticianam delapſus eſt hereſim. Quamobrem in extremo vite tempore(vt nōnulli tradūt Sarraceni ⁊ arabes)duce Mahumeto arma ſumētes|ita eius duces ſuperarunt:vt perdita antiochia ⁊ hieroſolyma hominē primo felicez: mox infeliciſſimum reddiderint. Uerum cum arabū ⁊ ſarracenorum impetum uideret| crucez domini ex hieroſolyma Cōſtantinopolim apportari fecit. Tādem Theodoro patricio cognomine Caliopa ad regendum Exarchatum miſſo(morbo aque intercutis:quam greci hidropiſim dicunt:obijt. Et tunc maxima imperij inclinatio aucta fuit.

Papa.70 Deuſdedit papa natione romanus poſt Bonifacium quartum ſedit annis 4. Hic clerum mirum in modum dilexit ⁊ auxit:⁊ tante(ſicut fertur)fuit ſanctitatis vt quendam leproſum ſibi obuium ſuo oſculo ſtatim liberauerit.
5814 615 Conſtituit autem Gratiano referente ne Patrini filius puellaz ex ſacro fōte a patre leuatam in vxorem ducere poſſet:ut habemus in canone.xxx.q.i. Huiꝰ tempore multi terremotus fuerunt:⁊ ſcabies quedam ita ad elephantiam tēdens vt deformitate cognoſci homines non poſſent. Obijt deniqꝫ.4°. ferme pontificatus ſui āno.⁊ in diui Petri baſilica ſexto idus nouembris ſepultus ē. Uacauitqꝫ tunc ſedes menſem vnum:⁊ dies ſedecim.

Siſebuthus Veſegotharum Rex Ricardi Regis filius hoc anno regnare cepit:⁊ regnauit annis trigintaſex. Hic chriſtianus effectus ſtatim plurimas hiſpaniarū ciuitates que ad Romanas defecerant recepit.⁊ iudeos in ſuo regno commorantes grauiſſimis penisad fidem Chriſti conuertit. Nec multo poſt omnes Hiſpanie ciuitates Romanis abſtulit. Ac tum demum conſtantinopolitani in hiſpania imperare deſierunt.

## Uiri doctrinis excellentes.

Iſidorus poſt Leandrum hiſpalenſis epiſcopus beati Gregorij pape diſcipulꝰ his temporibus propter virtutes ac crebra miracula maximo in precio fuit. Qui multa ad fidem pertinentia litteris commendauit. Scripſit autem hec que ſubiecta ſunt:videlicet.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ethimologiaꝝ li.20. | Prici. Diſciplia adiſcēde. | | Differētiaꝝ li.i. | Inter deū ⁊ dñꝫ |
| Officioꝝ li.2. | Principium. Ea q̄ de officijs. | | De ſūmo bono li.3. | Sūmū bonū |
| Ad ſororē Flo.li.2. | Pricipi. Dñe ſācte Florētie. | | Alegoriaꝝ li.3. | Myſteria ſacre. |

De viris illuſtribus ⁊ de vocabulis grammatices. Hiſtoriā quoqꝫ ad Adā uſqꝫ ad hec tempora ac etiā Longobardorum hiſtoriam. Et quorundam ſcōꝝ vitas. Breuem quoqꝫ coſmographiā:⁊ de naturis rerum.ac ſup Pentatheucū ⁊ alia multa.

Heraclius

Et cum ſanctus habitus ſit:eius feſtum celebratur.18°. kalen. Februarij.
Joannes monachus Gerundenſis epiſcopus :natione Veſegothus ſimiliter hiſ
panus in Luſitania prouincia ortus: Hac tempeſtate chriſtianam religionem:
predicatione:ꝛ ſcriptis vbiqꝫ plurimum iuuit. Ferunt hunc:vbi ſapere aliquid
per etatem cepiſſet: Conſtantinopolim profectum fuiſſe: a qua deinde grecis:ꝛ
latinis lr̃is ſufficienter edoctus diſceſſit:ꝛ Luſitaniam rediens Arrianã hereſim
q̃ tñ ibidẽ inualuerat facillie ꝯfutauit. Quobrẽ ĩ Barchinona ab hr̃eticiſ rlegatꝰ ẽ. Cũ
ãt ĩ patriã rẽdiiſſet mõaſtertũ ꝯdidit:ꝛ mł̃ta ꝯſcripſit:ac rõnẽ viuẽdi mõachis ꝯdit.
Eutropius ſimiliter hiſpanꝰ ep̃s eruditꝰ vir ꝑ hec tẽpora hiſpãoſ doctriã ꝛ exemplo
in fide cõtinuit. Cuiꝰ vitã ṽtutibus ꝛ miraculis illuſtrẽ Verꝰ ep̃s luculẽto ſermo
ne deſcripſit. Eius feſtum apud hiſpanos ſexto idus Junij celebratur.
Anaſtaſius perſa mõachus per id tẽpus pro Chr̃i noĩe cum aliis ſeptuaginta paſ
ſus ẽ a perſis. Nã poſt multa carceris vinculorum ac verberũ tormenta que in Ce
ſarea paleſtine fuerat perpeſſus ad vltimũ decollatus ẽ. Cuius corpuſ poſtea Ro
mã delatũ ad aquas Salinas in beati Pauli mõaſterio repoſitũ ẽ. Eius ṽo feſtiui
tas cũ beato Vincẽtio leuita.xſ°. kalen. Februarij celebratur.
Adoaldus Agilulphi regis ex Theodelinda filius poſt patrẽ cũ matre Theodelin 610
da regnauit annis.10 Huic pater ad q̃rendũ p̃ſidium vix dũ quadriẽnio Theodo
berti frãcorũ regis filiã deſpondit. Qui ſuſcepto regno ob mr̃is prudentiã pacem
cũ omnibus longobardis ꝛ italicis per decennium quietiſſime tenuit. Quo in tẽ
pore multa(vt diximus)eccleſijs donauit.

Papa

Bonifacius q̃ntus papa natiõe Cãpanus:p̃re Joanne. Poſt deus dedit:
b ſedit annis quĩq̃ ꝛ diebus.x.vir ſane ſingularis hũanitatis ac clementie:
qui ꝛ multa ꝯſtituit:vꝫ. Ne quis rõne delicti ad eccleſiã confugiẽs a nemi 618 5817
ne inde extrahi poſſet. Statuit iteꝫ ne acoliti martyrũ reliquias attractare p̃ſũe
rent:cũ ſit officiũ p̃ſbyterorum. Mãdauitqꝫ ut ſacrilegi vbiqꝫ anathematiꝫarent̃.
Voluit itẽ vt teſtamẽta iuſſu principis facta vbiqꝫ valerent. Hic cũ multa ſanctita
te p̃ditus eẽt:clericos religioſe viuẽtes vnice diligebat. Tãdeꝫ cũ nonnulla cemi
teria extruxiſſet ac dedicaſſet defunctus eſt:ac in baſilica Petri multis cũ lachry
mis ſepultus. Ceſſauitqꝫ tunc epiſcopatus dies tredecim.
Eleutherius grecus patricie gẽtis nobiliſſimꝰ Heraclij ĩpatoris cubicularꝰ:ꝛ rei
bellice ſciẽtiſſimꝰ:hoc ãno pꝰ Joannẽ ꝛ Smaragdũ Exarchos:ab Heraclio nonꝰ
Exarchus declaratus ſedit ãnis.v. Qui ſtatĩ apõ Rauenã cõſiſtens ſeſe italie re
gem declarauit. Sed cũ Romanam vrbem peteret a ſuis militibus interfectus ẽ:

Pap.

ꝛ eius caput Cõſtantinopolim miſſum fuit. Cui Iſaurus ſucceſſit.
Honorius primus papa natione Campanus:patre Petronio conſulari vi 622 5821
b ro Bonifacio quinto ſurrogatus ſedit annis.xij.menſibus vndecim:die
bus decem ꝛ ſeptem. Hic ſanctiſſimus fuit:ꝛ ſemicollapſum cleruꝫ doctri
na ꝛ moribus renouauit.hic multas in vrbe eccleſias reſtituit:ꝛ beati Petri Ba
ſilicam tegulis eneis e templo Romuli delatis cooperuit. Edemqꝫ ſancte Agnetis
via Numentana extruxit.ꝛ ſancti Pancratij via Aurelia.ꝛ in Aquis Salinis ſã
cti Anaſtaſij:cuius corpus ex perſide delatum Heraclius eidem miſerat:ꝛ alias
multas edes edificauit. Qui cum Pyrum patriarcham conſtantinopolitanum:
qui Heraclium imperatorem deceperat relegaſſet:vita deceſſit:ꝛ in Petri Baſili
ca ſepultus fuit. Ceſſauitqꝫ tunc pontificatus menſes ſeptem:ꝛ dies.18.
Dagobertus nonus francorum Rex Lothario patre defuncto regnare cepit:ꝛ re 624
gnauit annis trigintaquattuor:quem ferunt bonis omnibus moribus fuiſſe predi
tum. Arnulphus ſiquideꝫ Methenſium ep̃s ipſum in officio continebat. Hic be
ati Dionyſij martyris templum apud Pariſios condidit. Verum anglis infẽſus
cum eis perpetuam ſuſcepit inimicitiam. Hic interceſſione Heraclij imperatoris
omnes iudeos qui in regno ſuo erant baptiꝫare fecit. 625
Arioaldus quintus Longobardorum Rex poſt Theodelinde obitum:deiecto eiꝰ
filio Adoaldo adoleſcente regnare cepit:ꝛ regnauit annis duodecim. De quo
nil memoria dignum litteris mandatum inuenimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Heraclius

Papa.73 Seuerus primus papa natiōe romanus/ pře Labieno poſt Honoriū ſedit
āno vno. Uir ſiqdē ſingularis pietatis ꝛ religiōis: paupeꝝ amatoꝛ i cala
mitoſos benign⁹: ac in oēs munificus. ꝛ ad reparādas collapſas eccleſias
5834 635 ſplēdidus. Obijt tādeꝫ: ꝛ in Petri baſilica ſepultus fuit. Quo moꝛtuo ſedes vaca
uit menſes. 4. ꝛ dies. xxix.
Iſacius decimus Exarchus patricius cōſtantinopolitan⁹ hoc āno poſt Eleutheri
um ſucceſſit. ꝛ multis ānis apud Rauenam ꝛ Romaꝫ primatū tenuit. Qui poſtq̄
